6

Ex libris Antonij Comitis à Blaggaij
1704.

86/1261/NOO/ £1350

Cat. no. 15

~~Ex Libris Magri Pauli~~

~~Antonii Raimieri [illegible]~~

~~[illegible]~~


NIL ULTRA
IACOBI à BRUCK
ANGERMUNDT
Cogn. Sil.
EMBLEMATA
MORALIA.
&
BELLICA.
Nunc recens in
lucem edita.
Argentorati
Per
Iacobum ab Heyden
Iconographum
Anno ∞ b c xv.
M. Merian Incidebat

IN ARMA NOBILIS VIRI DN.
Jacobi à Bruck Angermundt cogn. Sil.



Pontis habes nomen, gestasq́ insignia pontis:
Majores traxit namq́ per arma tuos.
Ala sed alta petit; coeliq́ sub aurea tendit
Templa, quod ingenÿ flumine celsa geras.

Valens Acidalius Sil.

IN SYMBOLUM AUTORIS.



Dum mens sana sit, ac salubre corpus;
Dum non destituant vel hoc, vel illud,
Quod natura necessitasq; poscit;
Dum notus mihi, cognitus nec ulli,
Scriptis immoriar senex avorum:
NIL ULTRA precibus rogemve votis,
Non terræ modo, sed poli monarcham.

Ianus Gruterus.

ILLUSTRIBUS AC GENEROSIS
DOMINIS
DN. JAN BERNHARDO MALTZAN.
L.B. á Warttenberg & Pencelin, in
Militsch et Freysan.
DN. JAN-GEORGIO CZIGAN.
L.B de Slupska, in Freystadt &
Dobroslawicz.
DN. JOACHIMO KOCHTICZKY.
L.B. a et in Kocsticz et Lubliniecz.
DN. ANDREÆ KOCHTICZKY. L.B.
á Kocsticz et Lubliniecz, in
Kossenczin &c:
Hæc Emblemata Moralia et Bellica.
Privati studij symbolam,
publicum amoris erga singulos
monumentum,
ad literas incitamen,
ad Virtutes calcar,
L. M. Q.
æternum
D. & C.
Jacob á Bruck Angermundt cogn.
Vester Ephorus
Argentorati. Mense Junio.

Illustri ac Generoso Domino, Dnō Stephano, ex antiquissima Vrsinorum familia, Comiti à Blaggay. etc.



Ex sicca surgit radice, en plantula florens;
Quæ quondam fructum, et semina grata feret.
Sæpe DEUS sobolem stirpis cùm perÿsse videtur,
Suscitat; in gentem surgat ut illa nouam.

Ad Illustrem ac Generosum Dominum, Dn.
Jan-Bernhardum Malczan, L. B. à Wartenberg
et Pencelin, in Militsch et Freÿsann.



Alma licet virtus adversâ sorte prematur;
Pressa tamen victrix altius ire solet
Pulchrius utq; aurum doctâ micat arte politum:
Sic virtus teritur quò mage, clara nitet.



Ad Ill. ac Generosum Dominum Dn. Jan-
Georgium Czigan, L.B. de Slupska,
in Freistat, Sawada, et Dobroslawicz.



Nexibus adstrinxit fortuna Nouerca leonem;
Ut durum solui vix videatur opus.
Herculeos triplici at nodos virtute resoluet:
Sortis ut Imperio libera colla gerat.



Ad Ill. et Generosum Dominum Dn. Ioachimum Kocsticzkÿ. L.B. ab et in Kocsticz et Lubliniecz.



Ut me Sors et Fata jubent sperare salutem
Nullam ut me videam non superesse diu.
At sperabo tamen; donec spirabo, salutem
Spes mea namq; mihi Christus utramq; dabit.




Ad Ill. ac Generosum Dominum, Dn. Andream Kocsticzky Jun. L. B. à Kocsticz et Lubliniecz, in Kossenczin.



Regna, decus formæ, gazas et robur, honores;
Quicquid et in precio vastus hic Orbis habet:
Exoptent alij. Non est mortale, quod opto.
Illa citò pereunt: hoc sine fine manet.


Generoso Domino Carlo Schmid
à Freyhofen in Cunstat etc.



Prima via interitum signat, verum altera Vitam,
Virtus prima via est, altera sed vitium.
Ex virtute tibi veniet laus, atq; corona
Ex vitijs venient plurima damna tibi.

10.

Humiliter offert et D.D.
I: ab Heyden Iconogra:



Sanguine promanat, sed Marti' ac Arte paratur,
Splendidus ingenuæ Nobilitatis honos.
Singula ceu solido, quæ cernis, robori' constant:
Gloria parta illis, sic quoq; firma viget.






Sideris en Vespertilió jubare undiq; claret.
Ex humili summos conditione notat.
Sis quod es: aut major satagas si forte videri:
Antiquum cumulent inclyta facta genus.



Ut facilè est leni candelam accendere flatu,
Cùm presso lychnus fumigat igne micans:
Mens Virtutis amans facili sic pectore motus
Concipit, Heröum fortia facta sequi.

13.





Publica Rēs omni dicenda ex parte beata:
Cui virtute præest Rector, et arte potens.
Talis habet summi quoniam commercia Regis,
Flectit qui arbitrio regna Ducesq; suo.



En volucres, Aquilæ nidi sub tegmine, nidos
Securè pullis hospitia alma struunt!
Omnia succedunt populo benè, sub Duce justo,
Hæc cum vim nullam, non fera bella timet.





Ponit et assumit Princeps catus arma, decusq;
Regni: ac ut privus gaudia priva probat.
Et scit temporibus servire: et gaudet amorem
Posse sibi hoc populi conciliare modo.




Fœdus amicitiæ cum Principe privus habere
Qui vult, prudenti misceat arte jocos:
Nam duris illisa citò ceu frangitur olla:
Privato procerum sic solet esse jocus.





Amputat hic putres ramos, non utile lignum;
Illorum vitio ne integra pax pereat.
Rescindenda mali est quævis occasio: ne fors
Invalcant longâ, crimina fœda, morâ.



Censuræ lumen partes se fundat in omnes
Urbis; stultitiam ne patiantur opes.
Quaq; domi vivat populus ratione, frequenter
Rex disce, et luxum pelle gulamq; procul.



Ob granum laqueo innodat Vindicta Columbam
Ablato Corvus liber at ære evolat.
Sæpius innocuum punit Lex aspera sontem
Cum tamen absoluat Iudicis, cuge favor.



Usu diverso diversa insecta probantur:
Colligit hæc virus; colligit illa favum.
Ut cuiq; est animus, quoq; sic operatur: et una
Usus diversos Res habet, atq; capit.






Hic montis juga celsa petit, quo fulmina vitet.
Montibus excelsis cum tamen hæc noceant.
Publico in officio sperat quicunq; quiete
Velle frui; augurio fallitur usq; suo.






Anser, apis, vitulus, tria sunt, quæ sueta per Orbem,
Imperij summos obtinuisse gradus.
His ut res regni veluti fundamine constant.
Sic iisdem veluti sede labante, ruunt. 23.



Obfuscat veluti majus lumen, minus: utq;
Vires ä flammâ lenta fauilla capit
Sic mens caligat nostra, ad secreta Iehouæ:
Cœlo intellectum, hoc sed tribuente, capit.



Tangere arundine vult Solem: sed fortius inde
In caput ipsius missa sagitta cadit
Impia gens contra Christi sacra dogmata pugnans,
Nempe sibi cladem et damna furore struit



En canis incassum latratu verberat auram:
Hæc quò vult freno non remorante ruit.
Impia gens Christi contra pia dogmata stridet:
Ridet at hanc celso, Numinis aura polo.



Fide; vide tuto cui possis fidere: soepe
Nomen amicitiæ magna pericla tulit.
Insidias fugeret cervus, ni sponte dedißet
Stringendos, vocis captus amore pedes.

27.





Mens simulata tegit Meandros mille: sed unum est
Et rectum, niveæ simplicitatis iter.
Si mala sunt pensanda malis: modus optimus esto:
Ut fallens propriâ fraude doloq; cadat.





Multa quidem multi faciunt, et plurima fiunt;
Quæ fieri ratio Conditioq; vetat.
Quiq; aliena facit, certo est vix absq; periclo.
Recte, quod debet, qui facit, ille facit.



Vasa velut nullos edunt impleta sonores:
Ast exhausta, levi pollice tacta, sonant.
Sic doctus vanis se nunquam laudibus effert:
Arte rudis laudes detonat ore suas. 50.



Quid non Ebrietas turpissima perpetrat? hirco
Et cane, Sus, bigâ ducitur egregiâ!
Immersâ ratione mero, cane, fœdior hircoq;
Est homo: cùm Venerem cùm sua castra colit.


31.



Ocia, lascivus sermo, moresq́ petulci;
Sunt expugnatæ causa pudicitiæ.
Curate at matres, natabus ut ocia desint:
Sic, ne oleant turpem femina fœda lupam.




Ne acedas propius, qui blandis utere verbis,
Cum splendet Domini gratia larga tui.
Flamma vorax veluti depascitur omne, quod adstat:
Id quoq; contingat ne tibi, Gnatho, cave.




Quas tibi non justum nuper glomeramen avare
Congessit, miseras prodigit alter opes.
Vivus eras cunctis invisus, inutilis ipsi:
Famam defuncti nunc Libitina tegit.



Morsibus anguineis herbæ succiq; medentur:
Ulterius membris ne nocuisse queant.
Imbre DEI quem dextra potens irrorat amico:
Nil huic Invidiæ dira venena nocent.



Prominet seu: læsi, dolor, alto ex marmore vincli,
Hunc ut posteritas cernere sera queat.
Tristia spectasti ridendo vulnera victor:
Et tua ridebit tristia fata nepos.



Quod sapit æternum, tarda incrementa, morasq;,
Victurum et Vasto nomen in Orbe capit.
En lento quamvis incedat Cochlea passu
Tarda: tamen tandem culmina celsa subit.

SEQVUNTUR EMBLEMATA BELLICA.



Dux prius eventus belli consideret omnes;
Quàm velit audaces conseruisse manus.
Illos cùm fortuna regat, non fidere tutum est
Huic: quia tam victus, quàm citò victor ovat.

b 1.



Sæpius ex paruis oritur contentio rebus
Magna, solet cædes hinc quoq; cruda sequi.
O fœdas hominum mentes: quæ vilia propter,
Infecta æternum pectora felle gerunt.



Quò-magis irrites; tantò mage percitus œstro
Et furere, et stimulo pungere crabro solet.
Non aliter factâ jàm seditione, tumultus,
Si stimules, vulgi perfida turba ciet.



Cernis ut obsequitur puero implacabilis Ursus,
Quem perforatis ductat naribus.
Scilicet effrenem populum compescere Princeps,
Quando furit, legum vinclis potest!

6 5.



Ecce famem prędâ dum vult compescere vultur,
Transfixus calamo præda fit ipse levi!
Innocuo cum se gaudet satiare Tyrannus
Sanguine, sanguineâ concidit ante manu.

6 5.



Non secus, ac ventis cum annosa furentibus arbos
Deijcitur, quivis culmina fracta rapit.
Sic regni moles, cum viribus fausta labascit,
Iura ejus proceres tunc sine lite legunt.



Princeps si regno facta est injuria, cautus
Supprimat illius semina prima citò
Gliscet ni extinguat, ventoq agitata furoris
Perdet opes, vrbes, jura, simul populos.

L 7.



Ignem iam ardentem frustra occultare laboras,
Lumine quem prodit flamma corusca suo.
Frustra consiliū exquæris Dux, quod patefacti.
Hoc preme: sed tenta calliditate novum.

8.




Caute hosti fidas cum dat tibi munera: donat,
Ut capiat: prodest ut nocuisse queat.
Ex munus regale: damus sed pendet ab illo.
Fallit perkeior quicquid ab hoste venit.

b 9.



Hosti non fidat Princeps qui fœdera rupit.
Ruptâ nempe fide Scorpius esse solet.
Comprimat hunc nisi vi, vel firmo fœdere stringat,
Ut potis, ex omni parte nocere, nocet.

6. 10,





En picis affrictu quasi tutis se induit ar:
Insidias sterni cùm sibi sentit aper.
Solertiq́ gradus auditu præcavet hostis.
Ut Dux insidias præspeculare, monet.






Arboribus raro considit garrula cornix,
In silvis aliquem cum latitare videt.
Sic cavet insidias volitans, et detegit hostem
Vir [illegible] prudens Dux quoq; more sagax.

12.






Frigore concretæ vulpes se haut credit ut undæ,
Cum subtus fluidæ percipit aure sonum.
Sic et Doctorum prius explorare decebit
Cuncta loca ut tutus [illegible]re queat.



Exponit volucris se prædam, remige plumâ
Quæ caret, et propriâ vi sibi vellit eam.
Bella movens Princeps injusta: exhaustus et omni
Præsidio, sibimet sponte pericla struit.






In bello timidi nunquam statuére tropæa.
Spartiatæ exemplo nos docuére suo.
Hi nunquam spolijs detractis hostibꝰ, aras
Ornárunt, timidi si qua fuére viri. b. 15.




Quò minus effuso victoria sanguine constat:
Victori meritò gloria major erit.
Cùm deest subsidium, cùm robora firma, quid obstat,
An virtus hostem proterat, anne dolus?

6. 16



Fœdere cum rupto, sociati limina regni
Armata vastat Mars truculentus ope:
Successus nunquam felix solet esse. Potentes
Jure decet pactam, nō violare fidem.

b 17




Eventus belli quamvis Sors lubrica verset;
Victorem et victum ac sub suâ jura vocet.
Mens generosa tamen vix fortia pectora mutat.
Victa etiam retinet libera jura sui.



Nula potens armis Respublica floruit unquam,
Armis alterius quin superata foret.
Armatum armatus timeat: nec robore ferri
Se efferat. in tutâ forte pericla latent.




Et minimum Princeps nunquam contempserit hostem,
Magnis interdum parva nocere solent.
Neve potens armis infirmum provocet unquam.
Mus digitum en rodens carcere liber abit.



Coelitus in populum capiant cum jura Potentes;
Divorum fas est instar habere pios.
Hosq; Dei fortis cum dextra regatq; tegatq;
Nemo impune illis arma cruenta movet.

b 21.



Viribus humanis equidem pugnatur, et armis:
Sed sine diviná nil ope juncta valent.
Felix nimirum à Domino victoria pendet.
Hanc meritò belli Dux, reverenter habe.

b. 22.



Hoste triumphato cum miles proijcit arma:
Iure decet gnavum tunc vigilare Ducem.
Sæpè triumphantes securâ mente, fefellit
Hostis, jacturæ et commoda grata tulit.

b. 23.

LES EMBLEMES MORAVLX ET MILITAIRES


Du Sieur

JACOB DE BRUCK ANGERMUNDT


Novellement mis en Lumiere.



A
STRASBOURG,
Par
Jacob de Heyden Graveur,
L'An. M. DC. XVI.



BRIEFUE DECLARATION
Des Emblemes
Du Sieur
JACOB DE BRUCK ANGERMUNDT.



Sur la Devise de l'Autheur.

III.

NIL ULTRA.

L'Escargot couronné, au pas tardif & lent
Marchant, sus ce rondeau tout au tour bellemẽt
Montre que celui la, qui passe ceste vie
Estant content de peu, & ayant la santé
Qu'il ne luy faut rien plus, qu'il peut estre appellé
Plus heureux que Crœsus, puissant Roy de Lydie.



V.

FLOREBIT RIGATE DEO.

CEſt arbre qui jadis ſes racines fourchues
Fichoit dedans l'enfer, ſes branches dans les nues
Ne ſemblant plus qu'un tronc tout ſec & vermolu
Rejette toutefois, un jeune ſurgeon tendre
Dieu te montre par la qu'il peut Pere te rendre
D'une ſuite d'enfans, quoy que ſois tout chenu.

V I.

VIRESCIT VVLNERA VIRTVS.

CE cœur comble de maulx, environé d'ennuis
Eſpineux & picquants produit des fleurs de lys
Crayon de la vertu, qui Palme ſoubs la charge
Dautant plus ce roidit & courbe contremont
Lors qu'un fardeau d'enuys ſemble accabler ſon front
La vertu plus on preſſe & plus ce met au large.

V I I.

NODOS VIRTVTE RESOLVO.

TU voids que ce Lyon animal courageux
Eſt garotté eſtroit de trois liens nuveux
Ou Fortune le tient maratre impitoyable
Mais lui rempli de cœur les aura toſt desfaicts
Et par ſon induſtrie & heroique faicts.
Par vertu ſecuvant un joug ſi miſerable.

V I I I.

DVM SPIRO SPERO.

EXposé au mercy des vages eſcumeuſes
Et floflotant parmy les ondes peu piteuſes
En haut & plene mer bien es loigne du bord
Ne voyant deuant moy d'eſpoir aucune ſource.
I'eſpere en ſouſpirant (car jay Chriſt pour mon Ourſe
Et la foy pour quadrant) ſurgir en un bon port.

I X.

NON EST MORTALE QVOD OPTO.

GOuverner le timon d'vn Royaume estendu
Entasser sur monceaux l'or jaune du Peru
Avoir d'un peuple fier les Zephirs favorables
A chasque bout de champ qui m'oste son bonnet
Ce nest pas la où jay tout mon plus grand souhait,
Je souhaitte des biens qui ne sont perissables.

X.

VIRTVTE MEREMVR HONORES.

SI tost que nous voyons de Phœbus la lumiere.
Esclairer de nos yeux L'une & lautre paupiere
Deux chemins devant nous se presentent divers,
(Le Vice & la Vertu) l'un estroit l'autre large,
Celui cy de malheurs, l'autre d'honneurs nous charge,
L'estroit nous guide au ciel, & le large aux enfers.

X I.

NESIA DISSOLVI.

CEs deux piliers marbrins tout debout que tu voids
Subsistent à jamais par leur seul contre poids
Tout de mesme en est il du tiltre de Noblesse,
Que nous nous acquerons dessoubs les estendars
De la docte Pallas & du grand guerrier Mars
Par un docte sçavoir, ou par vaillant proüesse.

X I I.

LVX EX TENEBRIS.

VOyd la Chauvesouris soubs un Astre qui luit
Paroistre emmy l'obscur d'une obscure nuid,
Nous pouvons estans nez d'une race obscure,
D'un pere sans renom & du tout incognu
Parroistre tout ainsi, soubs l'Astre de vertu
Illustrant de beaux faicts nostre race future.

XIII. FO-

XIII.

FOMES VIRTVTIS GLORIA.

AInsi que nous pouvons d'un halene foiblette
En soufflant doucement, comme d'une allumette
Rallumer un flambeau ja presque tout estein
Ainsi facilement une ame genereuse,
Au premier mouvement se laisse courageuse
Enflammer par le vent d'un genereux dessein.

XIV.

FELICITAS REIPVBLICÆ.

LA Republique peut se vanter bienheureuse,
Non d'estre en bastiments de marbre somptueuse
Ni d'avoir des vaisseaux traffiquants au leuant,
Mais bien se peut vanter d'auoir bonne police
D'un gouverneur prudent ayme bons chasse vice,
Et d'avoir la Pieté pour base & fondement.

XV.

SVB VMBRA ALARVM TVARVM.

LEs oyseaux voletans parmy l'air d'une plene,
Void comme soucieux d'agencer prenent pene,
Leurs nids dessoubs le nid de cest Aigle Royal
Sans crainte d'encourir aucun nuisant dommage
De mesme soubs un Roy qui soit bon qui soit sage
Les subjects n'ont point peur d'encourir aucun mal,

XVI.

GRATIOR EXISTIT.

VN Prince qui aura Prudence pour escorte
Sagesse à ses costés, & Iustice à sa porte
Il ne tient pas toujours son sceptre dans sa main
Par fois il le met bas, pour se donner carriere
Avecque ses subjects Car en ceste maniere
Il se faict cherir d'eux, se monstrant si humain,

XVII.

HAVT SECVRE.

IL n'eſt pas tousjours bon il eſt trop dangereux
Des Seigneurs ſ'accointer pour jouër avec eux
Il n'eſt bon de manger avec eux la ceriſe
Celuy qui l'entreprend doibt bien eſtre advisé
Car il peut comme un pot de terre eſtre briſe
C'eſt ce qu'on te depeint dedans ceſte deviſe.

XVIII.

NOXAM NOXA PARIT.

LE ſage Iardinier n'a garde de laiſſer
Un rameau deſſeché ſus un arbre fruictier
Viſte il prend le taillant & ſoudaint il le coupe,
Craingnant que tout le tronc n'envienne à deſſecher
De meſme il vaut bien mieux, un meſchant homme oſtér
Que de ſon mal laiſſer gaſter toute une troupe.

XIV.

UT SERVETVR.

L'Eſtat ſ'en va perdu & tumbe en decadence
Lors que le peuple fait une trop grand' deſpenſe
En feſtins, en banquets, en habits ſuperflus.
Alors ceſt le debvoir d'un Prince qui ſoit ſage
Pour ſauver ſon eſtat de l'imminent naufrage
Commander de chaſſér bien au loing ceſt abus.

XX.

FAVORE NON CAVSA.

LAs qui ne ſ'en plaindroit! la ſimple columbelle
Pour un grain de milet, eſt priſe à la cordelle,
Lon laiſſe librement envoler le corbeau
Un oyſeau qui ne vit. Si non que de rapine,
De meſme, aux grands larrons la Cenſure eſt benigne
Mais les petits larons on les liure au bourreau.

XXI. *VSV*

X X I.

VSV DIVERSO.

LA mouche porte miel, L'araigne filandriere
Succent diversement une fleur printaniere
L'une y prend son poison, l'autre son miel succrin
Ou le bien ou le mal espere la personne
Selon que son esprit à l'un des deux s'addonne
Mesme chose peut bien avoir plus d'une fin.

X X I I.

CASVS AB ALTO GRAVIOR.

QUi grimpe sus un Roc craingnant que la tempeste
Son carreau foudroyant ne lance sur sa teste
N'est des plus advisez, Plus ilz sont eslevez
Et plus sont ilz batus, du foudroiant tonnerre,
Semblablement aussi celui grandement erre
Qui cerche du repos ez hautes dignitez.

X X I I I.

IMPERAT ET SERVIT.

TU voids devant tes yeux trois animaux divers
Qui regissent quasi tout ce grand univers
L'oy de plume fournit; & la mouche de cire
Le Veau de parchemin, qui servent d'entretien
Aux estatz florissans quand on en use bien
Si lon en use mal ils s'en vont à l'empire.

X X I V.

NIL SINE ME.

AInsi que le Soleil par sa grande lumiere
Offusque la clarté de la Lune nuitiere,
Ou comme nous voyons un petit lumignon
Estre soudain empris par une plus grand' flamme
Es misteres Divins Dieu tout ainsi nostre ame
Il offusque il l'emprent comme il le treuve bon.

XXV. IN-

X X V.

INTEREST QVO PROPOSITO.

QUi des traicts acerez decochés de roideur
S'efforcent du Soleil d'atteindre la hauteur
Ils sont estropiez du tour de leur cervelles
Sur leurs chef retumbent leurs traicts plus rudement
Qui contre Christ decoche un blaspheme impudent
Il retumbe sur luy des sagettes mortelles.

X X V I.

IRRIDEBIT EOS.

EN vain ce chien icy d'une importune voix
Alencontre du vent redouble ses abbois
Le vent n'en faict estat, ains libre se pourmene
Tantost haut tantost bas, où il luy plaist d'aller
Ainsi Dieu rit celuy qui contre son fils cher
Et contre son Eglise abbaye à gorge plene.

X X V I I.

CAVTOR CAVENDO CAPITVR.

TU te peux bien fier: mais a qui? prens y garde
Il arrive souvent que cil qui te regarde
Faict du beau par devant, derrier tire la langue
Le Cerf pourroit encor habilement leger
De ses deux pièds aislez par les plaines voler
Si de l'homme il n'eust creu la deceveuse harangue.

X X V I I I.

FALLITVR ET FALLIT.

LA corneneille faict tant par sa voix babillarde
Qu'estant prise, elle prend celle qui la regarde,
Ainsi celuy qui trompe il est toujours permis
De le tromper aussi & d'user de finesse
Pour le faire tumber aux laqs mesmes qu'il dresse
Deux trompeurs ne sont pas longement bons amis.

XXIX. Le

XXIX.

SEDVLITATE.

LE fourmys qui d'un ſoing grandement meſnager
Amaſſe tout l'eſté ce qu'il lui faut l' hyver
Et ces hoyaux tranchants monſtrent que qui travaille
D'un labeur aſſidu, il devient abondant
En tout' ſorte de biens, mais qui ſe-va-meslant.
Des affaires d'autruy n'acquiert pas une maille.

XVX.

DIVERSA PALATO.

VN vaiſſeau tout remply de quelque liqueur bonne
Eſtant frappé du doigt pas tant il ne reſonne
Que celuy qui n'a rien ſinon de l'air dedans
Ainſi de meſme auſſi un docte perſonnage
N'extolle ſon ſauoir d'un babilard langage
Il ſçait que c'eſt à faire aux baveurs charlatans.

XXXI.

QVO TENDIS.

MAudit ventre glouton, maudite yurognerie
Chaſſe-force, oſte-ſens, portemaulx oſte-vie.
Di que ne fais tu pas ſurprenant le cerveau
Tu priue l'homme humain de l'ame raiſonnable
Et le rends plus vilain & bien plus deteſtable
Qu'un chien, qu'un bouc puant, ni qu'un ſale pourceau.

XXXII.

SVPPRIMENDA SEMINA.

VN oiſif entretien, une veüe eſgarée,
Un geſte diſſolu, la parole affettée
Ce ſont là les fourriers de l'inpudicité;
Meres deſirez vous qu'ainſi comme une Louve
Vos filles ne ſoyent pas, faites qu'on ne les trouve
Souvent dans vos maiſons eſtre en oiſiveté.

XXXIII.

NON INIVSTE.

SI d'un Prince tu as l'aureille favorable,
Si tu as le credit d'approcher de sa table,
Garde d'en mesuser par un propos flateux:
La flamme vore tout & consume gloutonne
Les plus proches de soy sans esgard de personne,
Les Princes font ainsi de ceux qui son pres d'eux.

XXXIV.

VLTIMA FRIGENT.

L'Anguille sus son dos (& ce d'une autre sorte
Que les autres poissons) dez si tost qu'elle est morte
Sescoule doucement s'ensevelir soubs l'eau;
L'homme avaricieux qui par longues années
A d'un filet doré grossi tout ses fusées
Il est mis en oubly, des qu'il vient au tumbeau.

XXXV.

INVIDENTES EGENT.

LA Nature à estè à nous si douce mere
Qu'en contre le venin d'un serpent mortifere
Liberale à produit des simples à foison,
Mais contre le venin de la nuisante Enuie
Il ne croist point de fleur en aucune prairie
Dieu est la fleur qui seul sert de contrepoison.

XXXVI.

VINDICE SANGVINE.

QUe veut dire cecy? Qu'ainsi hors d'un tombeau
Sorte une main ayant d'une part un Barbeau
D'autre un Escorpion. C'est (ainsi que je pense)
Qu'un envieux couvert à separé à tort
Deux fideles amants lequel apres sa mort
A sa confusion se monstre en evidence.

XXXVII.

XXXVII.

TANDEM SERO LICET.

LE limaçon cornu, au pas tardif & lent
Advançant peu à peu, & marchant bellement
En fin atteint le haut des baies du grand Caire.
Les choses que lon veut qui durent longuement
On ne les doibt pas faire à l'haste & vistement,
Il y faut proceder bellement pour bien faire.

EMBLEMATA BELLICA.

I.

FINEM NON PVGNAM.

VN Prince ne doibt pas endosser le harnois,
Des fiffres, des tambours faire esclater les voix,
Pour commancer soudain la guerre à l'estourdie
Il doibt premierement en projetter la fin;
Les plus forts bien souvent n'emportent le butin:
Or'deça, Or'delà, la fortune varie.

II.

PROPTER MEVM ET TVVM.

MIserables humains, miserable leur vie, (harpie
L'homme à l'homme est un loup plus cruel qu'une
Pour deux mots mien & tien; ce n'est plus nouveauté
De veoir tuer les Roys, embrazer de grands villes
Les fleuves teindre en sang, violenter les filles
Tuer l'enfant au bers, barbare cruauté!

III.

LACESSITVS PVNGO.

TAnt plus la mousche guespe on incite & agace
Et tant plus rudement elle pique la face:
De semblable façon un peuple mutiné
Tant plus s'eschauffe-il en sa mutinerie
Redouble forcené sa rage & sa furie
Contre son souverain quand c'est qu'il est armé.

IV.

FORTEM VIS FORTIOR URGET.

REgarde un peu ceſt ours beſte lourde & replette
Comme c'eſt qu'un enfant luy command' à baguette,
La faiſant ça & là marcher comme il luy plait;
Ainſi la populace eſmeuë & mutinée
Soubs le baſton des loix peut bien eſtre rangée
En frappant rudement cil qui aura mesfait.

V.

EX VOTO FATVM.

CE vautour carnaſſier qui ce craintif leureau
Penſoit ja dechirer par piece & par morceau,
Pour affin d'appaiſer ſa faim qui le tourmente,
Eſt d'un traict aceré d'oultre en oultre percé.
Auant qu'un tyran ſoit de ſang humain ſoulé,
Il meurt à l'impourveu d'une mort violente.

VI.

NIL SOLIDVM.

SI toſt qu'un tourbillon d'un foudroyant tonnerre
Un viel arbre mouſu à renversé par terre,
Chaſcun en veut avoir quelque branche ou tiſon
Ainſi quand un Eſtat ſ'en va preſque à l'empire
L'un acchroche un Conté, un Duché, l'autre tire;
Le partage ſ'en fait ſans grand' contention.

VII.

DAMNVM IN MORA.

L'On peut d'heure & à temps ſans travail ni ſans peine
Eſteindre un petit feu, d'une ſcille d'eau pleine,
Qu'un puits n'y ſuffiroit quand il eſt embrasé;
Un Prince doibt à temps eſtouffer l'eſtincelle
Qui pourroit enflammer, quelque gerre cruelle,
Et rendroit ſon eſtat ruineux & deſolé.

VIII. EX

VIII.

EX RE CONSILIVM.

TU t'efforces en vain d'un feu ja flamboyant
Vouloir cacher la flamme, en mettant au devant
Quelque piece de drap. En vain un Capitene
Veut faire reussir son dessein decouvert
A l'ennemy prochain, mais s'il est bien expert
Qu'il laisse celuy-là qu'un autre il entreprene.

IX.

PEIORA LATENT.

QUand l'Ennemy te fait un present sois si sage
De ne t'y point fier sinon soubs un bon gage:
L'ennemy bien souvent donne affin de r'avoir
Le pescheur ne craint point jetter dans la mer grande
Un hameçon couvert d'une amorce friande
Pour plus facilement le poisson decevoir.

X.

TVTVM PRÆVENIRE.

L'Ennemy qui poltron faulse la foy promise
Recherche tous moyens à celle fin qu'il nuise
C'est un Escorpion qui pique par derrier;
Un Prince qui ne veut en estre plus en crainte
Qu'il tienne plus estroit sa perfide ame estreinte,
Ou qu'estant le plus fort il s'aille desfier.

XI.

PRÆVISA MINVS NOCENT.

LE sanglier se doubtant de l'embusche dressée
S'enduit tout à l'entour d'une liqueur poislée
Comme pour luy servir d'un espæis corcelet;
Ainsi tout doucement alors qu'on ne voit goutte
Comme une sentinelle il se met aux escoute,
De mesme doibt un chef tousjours estre en aguet.

XXII.

PRVDENTE DIFFIDENTIA.

JAmais vous ne voyez la corneille criarde
Se brancher ſur un bois quand c'eſt qu'elle prend garde,
Que ſoubs l'ombre feuillu quelqu'un ſ'y eſt caché,
Ains, affin d'eſchapper les embuſches dreſſées,
En criaillant tousjours vole par les nuées:
Un chef à leur façon doibt bien eſtre aduisé.

XIII.

NATVRA DVCTRICE.

LE cauteleux Renard eſt ſi fin & rusé
Que jamais il ne va ſur un fleuve glacé
Que premier il n'ait mis l'aureille ſur la glace
Comme pour voir ſonder ſ'il ira ſeurement;
Un brave & vaillant chef auſſi ſemblablement
Doibt ſonder les deſtroits des chemins où il paſſe.

XIV.

SVO DAMNO.

L'Oiſeau qui de ſon bec ſ'arrache le plumage
Se met en grand danger, & ſe porte dommage,
Un Prince entrepenant de gayeté de cœur
Encontre ſes voiſins une guerre ſanglante
Il ſemble ſ'arracher d'une main violente
Luy-meſme ſes threſors les nerfs de ſa grandeur.

XV.

IN LACERTIS NON PEDIBVS.

LA ville de Sparte eſtoit accouſtumée
D'honorer le tombeau, d'un ſuperbe trophée
De celuy qui vaillant & d'un cœur genereux
En contre l'Ennemy paroiſſoit redoutable
Aux covards & poltrons rien du tout de ſemblable
Eux mourants tout mouroit auſſi quant & quant eux.

XVI.

XXI.

VIRTVTE VEL ASTV.

MOins de ſang reſpandu plus grande en eſt la gloire
A cil qui combattant emporte la victoire,
Toutesfois il peut bien ſans ſe mettre en hazard
(N'eſtant ni en pietons, ni en cavalerie
A l'ennemy esgal ni en artillerie)
Accoupler au Lion un cauteleux renard.

XVII.

NEMO FÆLICITER AVDET.

RIen n'eſt ſi bien ſeant aux grands & potentats
Ni qui maintienne mieux en honneur leurs Eſtats
Sinon qu'entretenir leur foy inviolable;
Comme cela les rend à chaſcun redoubté
La traiſtre perfidie & la desloyauté
Les rend de leurs voiſins & la honte & la fable.

XVIII.

LIBERA MENS SERVIRE NEGAT.

QUoy que l'Euenement d'une troupe guerriere
Semble eſtre dans la main de Fortune legere,
Or' tantoſt d'un coſté, or' de l'autre panchant;
Si eſt ce toutesfois qu'une ame genereuſe
Captive ſoubs les loix de la victorieuſe
Demeure tousjours franche ainſi qu'auparavant.

XIX.

UTILE VERERI.

JAmais il n'y à eu Eſtat ſi floriſſant
Qui n'ait ſenti l'effort d'un autre plus puiſſant,
Il ne ſe faut fier par trop deſſus ſa force
Celuy qui ſ'y fi' trop ſe trouve en fin ſurpris.
D'un gantelet de fer, tu vois l'heriſſon pris
Et eſtre fait la proy' d'un homme qui le force.

XX. HA-

XX.

HABET ET, PILVS UMBRAM.

QUoy que ton Ennemy ne ſoit à toy eſgal
Ne le meſpriſe point, il peut te faire mal,
Un cheveul eſt petit, ſi porte-il ombrage.
Regarde la ſouris animal de neant
Au prix, ceſt homme-ci ſe peut dire un geant
Elle toutesfois le mord, puis ſ'enfuit de ſa cage.

XXI.

TVTORE DEO.

NI le nombre de gens, ni la force de bras,
Ni la lame affilé d'un tranchant coutelas,
N'impoſe ſur le chef des Rois le diadeſme
C'eſt Dieu qui leur impoſe & leur eſt ſi benin
Qui leur donne pour garde un Ange Cherubin
Qui contre eux entreprend, Dieu les venge lui-meſme

XXII.

CVI VULT.

ET le nombre de gens, & la force de bras,
Et les lames luiſant des tranchants coutelas
Apportent au Colonel beaucoup grand advantage:
Mais encor pour cela, il n'eſt victorieux
Si Dieu ne luy ennoy' la victoire des cieux
Dont à bon droit luy doibt faire honneur & hommage.

XXIII.

PRO GREGE.

AYant des Ennemis tout empourpre la plaine
De leur ſang ruiſſelant; un brave Capitaine
Ne doibt point ſ'endormir, Tandis que ſes ſoldas
Recreus d'un long travail, repoſent ſur lar dure.
On à veu arriver qu'une deſconfiture
A fait que le vaincu le vainqueur ait mis bas.

FIN.

